poris iniqua et iniustae opera deferunt. his enim accenditur ignis iste et
his pascitur. per iam et si supra dicti diuites et iam si totum orbem possibile esset posideri
a singulis, adhuc tamen in desiderio eius arderent. pauperes uero dum cupiunt
diuitibus exequari insanabilem rabiem patiuntur. insaniunt furent et
idem morbus diuersos singulis generat languores. In tantum amor pecuniae
omnem animam fatigat ut neque amicitiarum sieque propinquitatis interdum
et iam nec coniugis aut filiorum amori det locum, quibus affectibus inter homines
nihil praefertur. Amor tamen pecuniae omnia haec humi deicit et pedibus conculcat
ita uel ut fera quaedam et crudelis domina omnium corda possedit, et tyrannica
dominatione deuinxit. saeuit ut barbarus. fertur crudeliter ut tyrannus dibaccha
tur inpudenter ut meretrix. plus quam miseret plus quam pudet. adeo ubique dura
ubique terribilis. dira inclemens impia truculenta et cum lupis et ursis ac leonibus
ferocius saeuiat. suauis tamen hominibus uidetur et amabilis, et dulcis et quid dico
suauis melle ipso et faui dulcior. cum que his qui eam desiderant exoptant
gladios acuat cotidie foueas et praecipitia paret scopulisque eos mille et mille
naufragiis elidat. expetitur tamen ab eis ac desideratur et queritur ac per
innumeras mortes suas laetantur si aliquando ad eius saltim ianuam pue
nisse. uolutari namque in caeno eius tam quam sues delectantur et ut scan
tharis stercus eius euoluere. tali quodam modo omnes qui auaritiae huic manus de
derint infeliciores et turpiores et iam istis inmundissimis animalibus fiunt.
Et haec est maior rei huius infelicitas quod quanto magis in his sordibus uolutan
tur tanto maiorem in his capiunt uoluptatem. Idque non rei natura sed uolun
tatis uitio patiuntur. quomodo ergo sanabimus mentes huiuscemodi languo
ribus occupatas si uellent nobis aurem paululum commodare atque animos
ad audiendum dare et suscipere quae dicuntur. Inrationabilia namque
illa quae diximus ut muta animalia quae se in huiuscemodi sordibus uolutant
transferri ab his non possunt utpote intellectu et ratione carentia. nobis
uero sermo nunc ad homines habetur quibus intellectus et ratio diuino mu
nere data est. tantum est ut audire uellint facile et absque multo labo
re de taetro huius faetore et indignitate stercoris poterunt liberari. Age ergo
iam nunc quasi ad homines loquentes percunctemur ab eis cur expetende
uideantur esse diuitiae. respondebunt sine dubio. propter uoluptatem primo
uitae et delicias corporis. tum deinde et propter honorem qui habetur in
uita atque officia quae ab hominibus diuitiarum contemplatione defferun